108
86

86

KL Januier ha xxxi
La lune xxx. io.

iii	a	La circonciſion.
	b	Oct. s. eſtienne.
xi	c	S. geneuieſue.
	d	Oct. des innocēs.
xix	e	S. ſymeon.
viii	f	Lepyphanie.
	g	S. ſauueur.
xvi	a	S. lucian.
v	b	S. amador.
	c	S. guillaume.
xiii	d	S. ſaturnin.
ii	e	S. faron.
	f	S. firmin.
x	g	S. felix.
	a	S. mor.





xviii	b	S. marcel.
vii	c	S. sulpice.
	d	S. prisce.
xv	e	S. lomer.
iiii	f	S. sebastien.
	g	S. agnes.
xii	a	S. vincent.
i	b	S. emerenciane.
	c	S. babile.
ix	d	La conversion. s. pol.
	e	S. policarpe.
xvii	f	S. julien.
vi	g	S. agnes.
	a	S. valeri.
xiiii	b	S. bасile.
iii	c	S. metran.

KL Feurier ha xxviii
io. La lune xxix.

	d	S. brigide.
xi	e	La purification
xix	f	S. blaise.
viii	g	S. auentin.
	a	S. agathe.
xvi	b	S. amant.
v	c	S. helene.
	d	S. salomon.
xiii	e	S. aubert.
ii	f	S. scolace.
	g	S. seuerin.
x	a	S. eulalie.
	b	S. iulien.
xviii	c	S. valentin.
vii	d	S. siluain.





	e	S. iulien.
xv	f	S. donace.
iiii	g	S. clouſt.
	a	S. clautſrix.
xii	b	S. front.
i	c	S. genacen.
	d	la chaiſe s. pierre.
ix	e	S. policarpe.
	f	S. mathias.
xvii	g	S. paulin.
vi	a	S. felix.
	b	S. audebert.
xiiii	c	S. romain.

KL Marcius ha xxxi. jo
La lune xxx.

iii	d	S. aubin.
	e	S. faron.
xi	f	S. fortunat.
	g	S. adrian.
xix	a	S. eusebe
viii	b	S. victorin.
	c	S. felice.
xvi	d	S. panthaleon.
v	e	S. viron.
	f	S. alexandre.
xiii	g	S. gorgon.
ii	a	S. gregoire.
	b	S. martin.
x	c	S. leon.
	d	S. longin.





xvij	e	S. edmond.
vij	f	S. gertrude.
	g	S. alexandre.
xv	a	S. theodore.
iiij	b	S. urbain.
	c	S. benoiſt.
xij	d	S. ſaturnin.
i	e	S. victorian.
	f	S. agapit.
ix	g	Lannunciation.
	a	S. maxime.
xvij	b	S. iehan hermite.
vi	c	S. rogat.
	d	S. euſtace.
xiiij	e	S. quentin.
iij	f	S. ſabine.

KL Avril ha xxx io⁹
La lune xxix

	g	S. hilere.
xi	a	Marie egip.
	b	S. pancrace.
xix	c	S. ambroiſe.
viii	d	S. helene.
xvi	e	S. ſixte.
v	f	S. tymothee.
	g	S. perpetui.
xiii	a	S. apolinaire.
ii	b	S. audebert.
	c	S. leon.
x	d	S. viſt.
	e	S. euſenne.
xviii	f	S. tiburce.
vii	g	S. maxime.





	a	S. calixte
xv	b	S. pierre.
iiij	c	S. firmin.
	d	S. leon.
xij	e	S. bertin.
i	f	S. robert.
	g	S. opportune.
ix	a	S. george.
	b	S. auit.
xviij	c	S. marc euang.
vij	d	S. ſpire.
	e	S. anaſtaiſe.
xiiij	f	S. vital.
iij	g	S. pierre.
	a	S. eutrope.

		RM Ay ha xxxi io. La lune xxx.
xi	b	S. iacqs. s. phes.
	c	S. aquillan.
xix	d	Inuēcōn s. croix.
viii	e	S. ſiluain.
	f	S. hylaire.
xvi	g	S. iehā porte latin
v	a	S. iuuenal.
	b	S. ſixte.
xiii	c	S. nicolas.
ii	d	S. gordian.
	e	S. mamer.
x	f	S. achile.
	g	S. ſeruais.
xviii	a	S. victor.
vii	b	S. ysidore.





	c	S. ambroise.
xv	d	S. perpetin.
iiii	e	S. yues.
	f	S. eustace
xii	g	S. germer
i	a	S. marcellia.
	b	S. didier.
ix	c	S. honore.
	d	S. marcellian.
xvii	e	S. vrbain.
vi	f	S. augustin.
	g	S. bede.
xiiii	a	S. germain.
iii	b	S. maxime.
	c	S. felix.
xi	d	S. petronelle.

KL Juing ha xxx iors
La lune xxix

	c	S. nicomede.
xix	f	S. marcellin.
viij	g	S. richer.
xvj	a	S. quirin.
v	b	S. boniface.
	c	S. aresme.
xiij	d	S. pol her.
ij	e	S. medard.
	f	S. felician.
x	g	S. barnabe.
	a	S. barnabe.
xviij	b	S. tirin.
vij	c	S. eufemme.
	d	S. basme.
xv.	e	S. modest.





iiii	f	S. farroul.
[illegible]	g	S. auite.
xii	a	S. marcellian.
i	b	S. gervais.
	c	S. bernard.
ix	d	S. liefroy.
	e	S. paulin.
xvii	f	Vigile.
vi	g	La nat. s. iehan.
	a	S. eloy.
xiiii	b	S. iehan. s. pol.
iii	c	S. fusaan.
	d	Vigile.
xi	e	S. pierre. s. pol.
	f	S. martial.

KL Juillet ha xxxi.
la lune xxx. 10.

xix	g	S. leonard.
viij	a	S. martina.
	b	S. thibault.
xvj	c	S. martin.
v	d	S. dominique.
	e	Les oct. s. pierre.
xiij	f	S. thomas.
ij	g	S. victorin.
	a	S. zenon
x	b	Les sept fres.
	c	S. benoiſt.
xviij	d	S. felix.
vij	e	S. turian.
	f	S. iuſtin.
xv	g	S. vaaſt.





iiij	a	S. bertin.
	b	S. alexis.
xij	c	S. arnoul.
i	d	S. arnul.
	e	S. margarite.
ix	f	S. prisce.
	g	Marie magd'ne
xvij	a	S. apolinair.
vj	b	S. christine.
	c	S. iacque apost.
xiiij	d	S. marcel.
iij	e	Les sept dormes
	f	S. anne.
xi	g	S. felix.
xix	a	S. abdon.
	b	S. germain.

KL		Aouſt ha xxxi.
		La lune xxx. xo.
viii	c	S. pierre de lies.
xvi	d	Saincte foy.
v	e	Linuẽcio s. eſtiẽ
	f	S. quirin.
xiii	g	S. boniface.
ii	a	S. auſine.
	b	S. pol.
x	c	S. medard.
	d	Vigile.
xviii	e	S. laurent.
vii	f	S. tyburce.
	g	S. tyrin.
xv	a	S. eufemie.
iiii	b	Vigile.
	c	Laſſuptiõ ne dã





xii	d	S. theodore.
i	e	Oct. s. laurent.
	f	S. agapit.
ix	g	S. mamy.
	a	S. philebert.
xvii	b	S. tymothee.
vi	c	S. prive.
	d	S. apolinaire.
xiiii	e	S. bartholomy.
iii	f	S. loys.
	g	S. bernard.
xi	a	S. george.
xix	b	S. augustin.
	c	La decollacion s. iehan.
viii	d	S. fiacre.
	e	S. felix.

Septembre ha xxx io[urs]
la lune xxix.

xvi	f	S. gille.
v	g	S. anthoine.
	a	S. godegran.
xiii	b	S. marcel.
ii	c	S. victorin.
	d	S. eleuthere.
x	e	S. madou.
	f	la nativite nre da[me]
xviii	g	S. gorgon.
vii	a	S. nemecian.
	b	S. prothin.
xv	c	S. turin.
iiii	d	S. maurille.
	e	Lexaltatio. S. crois
xii	f	S. nicomede.





i	g	S. eufemie.
	a	S. lambert.
ix	b	S. ferreol.
	c	S. ſigne.
xvii	d	Vigile.
vi	e	S. mathieu.
	f	S. maurice.
xiiii	g	S. tecle.
iii	a	S. felix.
	b	S. firmin.
xi	c	S. cyprian.
xix	d	S. coſme & damian.
	e	Oct. S. mathieu.
viii	f	S. michel.
	g	S. iheroſme.

KL		Octobre ha xxxi io. la lune xxix.
xvi	a	S. Remy.
v	b	S. legier.
xiii	c	S. auore.
ii	d	S. francoys.
	e	S. apolinaire
x	f	S. foy.
	g	S. marc pape.
xviii	a	S. demetre.
vii	b	S. denis.
	c	S. gereon.
xv	d	S. venant.
iiii	e	S. turian.
	f	S. theophile.
xii	g	S. calixte.
i	a	S. oufrun.





	b	S. iulian.
xv	c	S. florent.
	d	S. luc euuangeliste.
xvii	e	S. sauinian.
vi	f	S. capraise.
	g	Les xi^m vierges.
xiiii	a	S. mellon.
iii	b	S. romain.
	c	S. maglour.
xi	d	S. crespin.
xix	e	S. amant.
	f	Vigile.
viii.	g	S. simon S. iude.
	a	S. faron.
xvi	b	S. lucan.
v	c	S. quentin.

KL Nouẽbre ha xxx
iõs La lune xxix



	d	La touſſaincts
xiii	e	Les treſpaſſees
ii	f	S. marcel.
	g	S. hubert.
x	a	S. cler.
	b	S. leonard.
xviii	c	S. herculan.
vii	d	Les iiii corõnes.
	e	S. mathurin.
xv	f	S. martin pape.
iiii	g	S. martin.
	a	S. leon.
xii	b	S. brice.
i	c	S. agin.
	d	S. maclou.



ix	e	S. eadmond.
	f	S. augnen.
xvij	g	S. ande.
v	a	S. helizabeth.
	b	S. valeri.
xiiij	c	S. columbam.
iij	d	S. cecile.
	e	S. clement.
xi	f	S. grisogon.
xix	g	S. katherine.
	a	S. geneviefue.
viij	b	S. vital.
	c	S. sin.
xvj	d	Vigile.
v	e	S. andre.

Decembre ha xxxi io(urs)
La lune xxx.

	f	S. eloy.
xiii	g	S. longin.
ii	a	S. anian.
x	b	S. barbe.
	c	S. crespinian.
xviii	d	S. nicolas.
vii	e	S. fare.
	f	La concepcio nre da(me)
xv	g	S. cyprien.
iiii	a	S. eulalie.
	b	S. fuscien.
xii	c	S. valeri.
i	d	S. luce.
	e	S. mause.
ix	f	S. maxime.





[illegible]	g	O sapia.
xvii	a	S. ladre.
vi	b	S. emile.
	c	S. flamen.
xiiii	d	S. clete.
iii	e	S. thomas.
	f	S. victor.
xi	g	S. bertin.
xix	a	Vigile.
	b	La natiuite nr̄e sr̄.
viii	c	S. eſtienne.
	d	S. iehan euag.
xvi	e	Les innocens.
v	f	Saint Vrſin.
	g	S. thomas.
xiii	a	S. ſilueſtre.



Jnicium ſancti euangelij
ſecundum iohannem.
Gloria tibi domine.





In principio erat
verbum et verbum
erat apud deum et deus
erat verbum hoc erat in
principio apud deum.
Omnia per ipsum facta
sunt: et sine ipso factum
est nichil. Quod factum
est in ipso vita erat et vita
erat lux hominum et lux
in tenebris lucet. et tene
bre eam non comprehe
derunt. Fuit homo missus
a deo: cui nomen erat
iohannes. Hic venit in
testimonium ut testimo
nium perhiberet de lumine
ut omnes crederent per illum.

Non erat ille lux: sed ut
testimonium perhiberet
de lumine. Erat lux vera
que illuminat omnem
hominem venientem in
hunc mundum. In mun
do erat. et mundus per
ipsum factus est. et mundus
eum non cognovit. In
propria venit: et sui eum
non receperunt. Quotquot
autem receperunt eum.
dedit eis potestatem filios
dei fieri. His qui credunt
in nomine eius. qui non
ex sanguinibus neque ex vo
luptate carnis. neque ex
voluntate viri. sed ex deo

nati sunt. Et verbum caro
factum est. et habitavit i
nobis. Et vidimus gloriā
eius gloriam quasi unī
geniti a patre. plenum
gratie et veritatis. Deo gratias.
An. Te invocamus. te
adoramus. te laudamus o
beata trinitas. V. Sit nomē
domini benedictum. R. Ex
hoc nunc et usque in seculum. Oro.
Protector in te sperā
tium deus sine quo
nichil est validum nichil
sanctum. multiplica sup
nos misericordiam tuā.
Ut te rectore te duce sic
transeamus per bona

temporalia: ut nō amit
tamus eterna. Per xpm
dnm nrm. Amen. Se
quentia sancti euangelii
sedm lucā. Gloria tibi dne.



In illo
tēpore.
missus
est ga
briel ā
gelus
a deo ī
ciuita
tatem galilee: cui nomen
nazareth ad uirginem de
sponsatam uiro cui no
men erat ioseph de domo

dauid: et nomen virginis
maria. Et ingreſſus ange
ſus ad eam dixit. Aue
gratia plena dominus
tecum benedicta tu in mu
lieribz. Que cum audiſſet
turbata eſt in ſermone
eius: et cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. Et ait
angelus ei. Ne timeas
maria: invenisti enim
gratiam apud deum. Ecce
concipies in utero: et paries
filium. et vocabis nomen
eius ihm. Hic erit magnus
et filius altiſſimi vocabitur.
Et dabit illi dominus deus
ſedem dauid patris eius

et regnabit in domo ia
cob in eternum. et regni
eius non erit finis. Dixit
autem maria ad ange
lum. Quomodo fiet iſtud
quoniam virum non co
gnoſco. Et reſpondens a
gelus: dixit ei. Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te
et virtus altiſſimi obum
brabit tibi. Ideoq; et quod
naſcetur ex te ſanctum vo
cabitur filius dei. Et ecce
helizabeth cognata tua:
et ipſa concepit filium
in ſenectute ſua. Et hic
menſis eſt ſextus illi que
vocatur ſterilis. quia non

erit impoſſibile apud deū
omne verbum. Dixit au
tem maria. Ecce ancilla
domini: fiat michi ſcdm
verbum tuum. Deo grās.

Sequentia ſcti euangelii
ſcdm matheū. Gloria t. dne.



Cum
na
tus eēt
ihus i
bethlee
iude in
diebus
herodis
regis:
ecce
magi ab oriente venerūt

iherosolimam dicentes.
Ubi est qui natus est rex
iudeorum. Vidimus enim
stellam eius in oriente
et venimus cum mune-
ribus adorare eum. Audiens
autem herodes rex: turba-
tus est et omnis ieroso-
lima cum illo. Et congre-
gans omnes principes
sacerdotum et scribas populi.
sciscitabatur ab eis ubi xps
nasceretur. At illi dixerunt
ei. In bethleem iude. Sic enim
scriptum est per prophetam.
Et tu bethleem terra iuda
nequaquam minima es in
principibus iuda. Ex te enim

exiet dux qui regat popu
lum meum iſrael. Tunc
herodes rex clam vocatis
magis: diligenter didi
cit ab eis tempus ſtelle
que apparuit eis. Et mit
tens eos in bethleem: dixit.
Ite et interrogate diligenter
de puero: et cum inveneritis
renunciate michi. Ut et
ego veniens adorem eum.
Qui cum audiſſent regem
abierunt. Et ecce ſtella
quam viderant in oriente
antecedebat eos uſque dum
veniens ſtaret ſupra ubi
erat puer. Videntes autem
ſtellam: gaviſi ſunt gau

dio magno valde. Et intran
tes domum: invenerunt
puerum cum maria matre
eius. Et procidentes adora
verunt eum. Et apertis
thesauris suis obtulerunt
ei munera: aurum, thus.
et mirram. Et responso
accepto in sompnis ne re
dirent ad herodem. Per
aliam viam reversi sunt
in regionem suam. Deo
gratias. Per evangelica
dicta deleantur nostra
delicta. Amen.

Sequencia sancti evan
gelii secundum marcum.
Gloria tibi domine.



In illo
tempore.
Recum
bentibꝫ
undecī
discipulis
apparuit
illis
ihūs: et exprobrauit in
credulitatem illorum et
duriciam cordis. quia his
qui viderant eum resur
rexisse non crediderant:
et dixit eis. Euntes in
mundum vniuersum.
predicate euangelium
omni creature. Qui

credidcrit et baptizatus
fuerit: ſaluus erit. Qui
uero non crediderit: conde
nabitur. Signa autem
eos qui crediderint: hec ſe
quentur. In nomine meo
demonia eicient. linguis
loquentur nouis. ſerpētes
tollent. Et ſi mortiferum
quid biberint: non eis no
cebit. Super egros manus
imponent: et bene habebūt.
Et dominus quidem ihesus
poſtq̄ locutus eſt eis: aſſump
tus eſt in celum: et ſedet a
dextris dei. Illi autem pro
fecti predicauerunt. ubiq̄
domino cooperante. et ſer

monem confirmante ſe
quentibꝫ ſignis. Deo gr̄as.



Oꝛ
Obſe
cro te
dn̄a
ſancta
maria
mater
dei pie
tate ple
niſſima.
ſummi regis filia. Mater
glorioſiſſima. mater or
phanorum. conſolatio
deſolatorum. Via erra
tium. ſalus omnium in
te ſperantium. Virgo ante

partum. Virgo in partu et
virgo post partum. Fons
misericordie. fons salutis
et gratie. fons consolatio
nis et indulgencie. fons
pietatis et letitie. Per illa
sanctam ineffabilem le
ticiam qua exultavit sps
tuus in illa hora quando
tibi per gabrielem archa
gelum annunciatus et co
ceptus filius dei fuit. Et
illud divinum misterium
quod tunc operatus est sps
sanctus. Et per illam ineffa
bilem gratiam. pietatem
amorem. et humilitate.
per quas filius descendit

accipere humanā carnem
in venerabiliſſimo utero
tuo. Et in quibus te reſpexit
quando te commendauit
ſancto iohanni apoſtolo
et euangeliſte. et quando
te exaltauit ſuper choros
angelorum. Et per illam
ſanctam ineffabilem hu
militatem in qua tu reſpo
diſti archangelo gabrieli.
Ecce ancilla domini fiat
michi ſecundum verbum
tuum. Et per glorioſiſſima
quindecim gaudia que ha
buiſti de filio tuo domino
noſtro ihū xpō. Et per il
lam ſanctā et maximā

compaſſionem.

compaſſionem ⁊ acerbiſſi
mã cordis dolorem quem
habuiſti quando filium
tuum dñm nr̃m ihesum
chriſtum ante crucẽ nuda
tum. et in ipã levatum
vidiſti pendentem crucifi
xum vulneratum ſitiente
fel appõm. clamantem
audiſti et morientem vi
diſti. Et per quinqꝫ vulnera
filii tui. et per contractio
nem viſcerum tuorum.
pre nimio dolore vulnerꝫ
ſuorum. Et per dolorem
quem habuiſti quando
vidiſti eum vulneratum. Et
per fontes ſanguinis ſui

et per omnem paſſione
eius. et omnem dolore
cordis tui. et per fontes
lacrimarum tuarum.
Ut cum omnibꝫ ſanctis
et electis dei venias et
feſtines in auxilium et
conſilium meum. Et in
omnibꝫ orationibus et
requeſtis meis. et in oibꝫ
anguſtiis ⁊ neceſſitatibꝫ
meis. Et in omnibꝫ illis
rebꝫ in quibꝫ ego ſum
facturus locuturus aut
cogitaturus omnibꝫ die
bꝫ ac noctibꝫ horis atqꝫ
momentis vite mee. Et
michi famulo tuo xpe

tres a dilecto ſilio tuo cō
plementum virtutum.
cum omni mīa et con
ſolatione. om̄i conſilio.
omni adiutorio. omni
benedictione ⁊ ſanctifica
tione. om̄i ſaluatione
pace et proſperitate. om̄i
gaudio et alacritate. etiā
abundanciam omnium
bonorum ſpiritualium
et corporalium. Et grām
ſancti ſpiritus qui me be
ne per omnia diſponat
animam meā cuſtodiat.
corpus meum regat. me
tem erigat. mores cōpo
nat. actus probet. vota ⁊

deſideria mea perficiat.
cogitationes ſanctas in
ſtituat. preterita mala
indulgeat. preſencia emen
det. futura moderetur. Vi
tam honeſtam et honora
bilem michi tribuat. fidem
ſpem et caritatem. caſtita
tem humilitatem et pa
cienciam michi tribuat.
Quinque ſenſus corporis
mei regat et protegat. Sep
tem opera complere me
faciat. Duodecim articulos
fidei et decem precepta le
gis firmiter tenere et
credere me faciat. Et a
ſeptem peccatis crimina

libꝫ me liberet et defendat
vſqꝫ in finem. Et in no
uiſſimis diebꝫ meis oſte
de michi faciem tuam
et annuncies michi diem
et horam obitus mei. Et
hanc orationem ſupplicem
ſuſcipias et exaudias: et
vitam eternam michi
tribuas. Audi et exaudi
me dulciſſima virgo ma
ria mater dei et miſeri
cordie. Amen



Passio domini nostri ihesu christi secundum iohannem.



Egressus est dominus
ihesus cum discipulis
suis trans torrentem cedron
ubi erat ortus in quem
introivit ipse et discipuli
eius. Sciebat autem et
iudas qui tradebat eum
locum. quia frequenter
ihesus convenerat illuc
cum discipulis suis. Iu
das ergo cum accepisset
cohortem et a pontificibus
et phariseis ministros:
venit illuc cum laternis
et facibus et armis. Ihesus
itaque sciens omnia que
ventura erant super eum
processit: et dixit eis.

Quem queritis. Reſponde
runt ei. Ihm nazarenu.
Dixit eis ihus. Ego ſum.
Stabat autem et iudas
qui tradebat eum cu ipſis.
Ut ergo dixit eis ihs ego
ſum: abierunt retrorſu
et ceciderunt in terram.
Iterum ergo eos interro
gauit. Quem queritis.
Illi autem dixerut. Ihm
nazarenum. Reſpondit
ihus. Dixi vobis quia
ego ſum. Si ergo me q
ritis: ſinite hos abire. Ut
impleretur ſermo quem
dixit. quia quos dediſti
michi non perdidi ex eis

quēq̄. Symon ergo pe
trus habens gladium
eduxit eum et percuſſit
pontificis ſeruum. et ab
ſcidit eius auriculam
dextram. Erat autem
nomen ſeruo malchus.
Dixit ergo ihūs petro.
Mitte gladium tuum
in vaginam. Calicē quē
dedit michi pater: non
vis vt bibam illum. Co
hors ergo et tribunus et
miniſtri iudeorum comp̄
henderunt ihm̄: et liga
uerunt eum et adduxe
runt ad annā primum.
Erat autē ſocer caiphe:

qui erat pontifex anni
illius. Erat autē cayphas
qui consilium dederat
iudeis. quia expedit vnū
hominem mori pro po
pulo. Sequebatur autē
ihm symon petrus: & ali⁹
discipulus. Discipulus
autem ille erat notus
pontifici: et introiuit
cum ihu in atrium pon
tificis. Petrus autem sta
bat ad hostium foris. Exi
uit ergo discipulus ille
qui erat notus pontifici
et dixit hostiarie & intro
duxit petrum. Dixit au
tem petro ancilla hostia

na. Numquid et tu ex disci
pulis es hominis istius?
Dixit ille. Non sum. Sta
bant autem servi et mini
stri ad prunas: quia frigus
erat et calefaciebant se.
Erat autem cum eis et pe
trus stans et calefaciens
se. Pontifex ergo inter
rogavit ihesum de discipulis
suis: et de doctrina eius.
Respondit ei ihesus. Ego pa
lam locutus sum mundo.
ego semper docui in syna
goga et in templo quo
omnes iudei conveniunt.
et in occulto locutus sum
nichil. Quid me inter

rogas. Interroga eos qui
audierunt quid locutus
sum ipsis. Ecce hii sciunt
que dixerim ego. Hec
autem cum dixisset unus
assistens ministrorum
dedit alapam ihesu dicens.
Sic respondes pontifici.
Respondit ei ihesus. Si
male locutus sum: testi
monium perhibe de ma
lo. si autem bene. quid
me cedis. Et misit eum
annas ligatum ad cay
pham pontificem. Erat
autem simon petrus:
stans et calefaciens se.
Dixerunt ergo ei. Nunquid

et tu ex discipulis eius es.
Negavit ille et dixit. Non
sum. Dixit ei unus ex
servis pontificis cogna
tus eius cuius abscidit
petrus auriculam. Nonne
ego te vidi in orto cum illo.
Iterum ergo negavit pe
trus: et statim gallus can
tavit. Adducunt ergo
ihesum ad cayphan in pre
torium. Erat autem mane.
Et ipsi non introierunt
in pretorium ut non co
taminarentur: sed ma
ducarent pascha. Exivit
ergo pylatus ad eos foras
et dixit. Quam accusatio

nem affertis aduersus
hominem hunc. Respon
derunt et dixerunt ei.
Si non esset hic male
factor: non tibi tradidis
semus eum. Dixit ergo
eis pylatus. Accipite eu
vos: et secundum legem
vestram iudicate eum.
Dixerunt ergo ei iudei.
Nobis non licet interfi
cere quemquam. Vt sermo ihu
impleretur quem dixit.
significans qua morte
esset moriturus. Introi
uit ergo iterum in pre
torium pylatus: et vo
cauit ihm et dixit ei.

Tu es rex iudeorum. Re
spondit ihus. A temet
ipso hoc dicis. an alii tibi
dixerunt de me. Dixit
ei pylatus. Numquid
ego iudeus sum. Gens
tua et pontifices tui tra
diderunt te michi. Quid
fecisti. Respondit ihus.
Regnum meum non est
de hoc mundo. si ex hoc
mundo esset regnum
meum ministri mei
vtique decertarent vt non
traderer iudeis. Nunc
autem regnum meum
non est hinc. Dixit itaque
ei pylatus. Ergo rex es

tu. Respondit ihus. Tu di
cis quia rex sum ego. Ego
in hoc natus sum et ad
hoc veni in mundum ut
testimonium perhibeã
veritati. Omnis qui est
ex veritate audit vocem
meam. Dixit ei pylatus.
Quid est veritas. Et cum
hoc dixisset: iterum exivit
ad iudeos: et dixit eis.
Ego nullam invenio in eo
causam. Est autem con
suetudo vobis ut unum
dimittam vobis ĩ pascha.
Vultis ergo dimittam
vobis regem iudeorum.
Clamaverunt rursum

omnes dicentes. Non hunc
sed barrabam. Erat autē
barrabas latro. Tunc er
go apprehendit pylatus
ihm̄ et flagellauit. et mi
lites plectentes coronam
de spinis imposuerunt
capiti eius et veste pur
purea circumdederunt eū.
Et veniebant ad eum: et
dicebant. Aue rex iudeorum.
et dabant ei alapas. Exiuit
iterum pylatus foras et
dixit eis. Ecce adduco vo
bis eum foras: vt cogno
scatis quia nullam in
uenio in eo causam. Exi
uit ergo ihesus portans

coronam ſpineam ⁊ pur
purreum veſtimentum:
et dixit eis. Ecce homo.
Cum ergo vidiſſent eū
pontifices et miniſtri:
clamabant dicentes.
Crucifige: crucifige eum.
Dixit eis pylatus. Accipi
te eum vos: et crucifigite.
Ego enim non invenio
in eo cauſam. Reſponde
runt ei iudei: Nos legem
habemus et ſecundum
legem debet mori: quia
filium dei ſe fecit. Cum
ergo audiſſet pylatus
hunc ſermonem magis
timuit. Et ingreſſus eſt

pretorium iterum ⁊ dixit
ad ihm. Unde es tu. Ihs
autem responsum non
dedit ei. Dixit ergo ei py
latus. Michi non loquis.
Nescis quia potestatem
habeo crucifigere te ⁊ po
testatem habeo dimittere
te. Respondit ihus. Non
haberes potestatem adūsu
me ullam: nisi tibi datū
esset desuper. Propterea
qui tradidit me tibi, maiꝰ
peccatum habet. Et exinde
querebat pylatus dimit
tere eum. Iudei autem cla
mabant dicentes. Si
hunc dimittis non es

amicus cesaris. Omnis
enim qui se regē facit
contradicit cesari. Py
latus autem cum audis
set hunc sermonem. ad
duxit ihm̄ foras: et sedit
pro tribunali in loco q̄
dicitur lichostratos. ebra
ice autem gabatha. Erat
autem parasceue: hora
quasi sexta. Et dixit iu
deis. Ecce rex vester. Illi
autem clamabant. Tolle
tolle: crucifige eum. Di
xit eis pylatus. Regem
vestrum crucifigam. Re
sponderunt iudei. Non
habemus regē nisi cesarē.

Tunc ergo tradidit illis
ihm̄ vt crucifigeretur.
Susceperunt aute͂ illu͂
et eduxerunt et baiulās
sibi crucem exivit in eu͂
qui dicitur calvarie lo
cum. hebraice autem gol
gotha vbi eum crucifixe
runt. Et cum eo alios duos
hinc et hinc: medium
autem ihm̄. Scripsit aute͂
et titulum pylatus et po
suit super crucem. Erat
autem scriptum. Jhus
nazarenus rex iudeoꝝ.
hunc ergo titulū multi
legerunt iudeorum quia
prope civitatem erat lo⁹

Vbi crucifixus ē ihs. Et
erat ſcriptum hebraice .
grece. et latine. Dixerunt
ergo pylato pontifices
iudeorum Noli ſcribere
rex iudeorum. ſed quia
ipſe dixit rex ſum iudeoꝝ.
Reſpondit pylatus. Quod
ſcripſi ſcripſi . Milites
ergo cum crucifixiſſent
eum: acceperunt veſtimen
ta eius. et fecerunt qua
tuor partes vnicuiqꝫ mi
liti partem ꝛ tunicam .
Erat autem tunica incō
ſutilis deſuper contexta
per totum. Dixerunt ergo
ad inuicem. Non ſcinda

mus eam ſed ſortiamur
de illa cuius ſit vt ſcrip
tura impleretur dicens.
Partiti ſunt veſtimēta
mea ſibi: et in veſte mea
miſerunt ſortem. Et mi
lites quidem hec fecerunt.
Stabant autem iuxta cru
cem ihū mater eius et
ſoror matris eius maria
cleophe & maria magda
lene. Cum vidiſſet ergo
ihūs matrē & diſcipulū
ſtantem quē diligebat:
dixit matri ſue. Mulier
ecce filius tuus. Deinde
dixit diſcipulo. Ecce mr̄
tua. Et ex illa hora acce

pit eam discipulus in
suam. Postea sciens ihs
quia iam omnia consu
mata sunt ut consum
maretur scriptura dixit.
Sitio. Vas ergo positum
erat aceto plenum. Illi
autem spongiam plenam
aceto ysopo circumponentes
obtulerunt ori eius. Cum
ergo accepisset ihesus ace
tum dixit. Consumatum
est. Et inclinato capite
tradidit spiritum. Iudei
ergo quoniam parasceue erat
ut non remanerent in
cruce corpora sabbato.
erat enim magnus dies

ille ſabbati. rogauerunt
pylatum ut frangerentur
eorum crura et tollerentur.
Venerunt ergo milites
et primi quidem fregerunt
crura et alterius qui cru
cifixus ē cum eo. Ad ihm
autem cum veniſſent ut
viderunt eum iam mor
tuum: non fregerunt ei9
crura. ſed unus militum
lancea latus eius aperuit.
Et continuo exiuit ſanguis
et aqua. et qui vidit teſti
monium perhibuit. et
verum eſt teſtimonium
eius. Et ille ſcit quia vera
dixit: ut et vos credatis.

facta ſunt enim hec vt
ſcriptura impleretur.
Os non comminuetis ex
eo. Et iterum alia ſcrip
tura dicit. Videbunt
in quē tranſfixerunt.
Poſt hec autem rogauit
pylatum ioſeph ab ari
mathia eo q̄ eſſet diſci
pulus ihu: occultus autē
propter metum iudeoꝝ
vt tolleret corpus ihu.
et permiſit pylatus.
Venit autem et nicode
mus qui venerat ad
ihm nocte primū ferens
mixturam mirre ꝛ aloes
quaſi libras centum.

Acceperunt autē corpus
ihū et ligauerunt eum
linteis cum aromatib;
ſicut mos iudeis eſt ſe
pelire. Erat autē in loco
ubi crucifixus eſt ortus.
et in orto monumentū
nouū in quo nondum
quiſq̄ poſitus fuerat.
Ibi ergo propter paraſce
uen iudeorum: quia
iuxta erat monumētū
poſuerunt ihm̄. Deo
gratias. Per euange
lica dicta deleantur
noſtra delicta. Amen.




DOMINE·LABIA·MEA·APE
RIES·ET·OS·MEUM·

annunciabit laudem tuam.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuan
dum me festina.
Gloria patri et filio et
spiritui sancto.
Sicut erat in principio
et nunc et semper et in
secula seculorum amen.
Alleluia. Inuitat. Aue
maria gratia plena. Dominus tecum.
Venite exultemus
domino. iubilemus
deo salutari nostro. preoc
cupemus faciem eius in
confessione et in psalmis
iubilemus ei. Aue maria.

Quoniam deus magnꝰ
dominus et rex magnus
super omnes deos. qm̄ no
repellet dominus plebē
suam. quia in manu eiꝰ
sunt omnes fines terre.
et altitudines montium
ipse conspicit. Dn̄s tecum.
Quoniam ipsius est
mare ⁊ ipse fecit illud et
aridam fundauerunt ma
nus eius. Venite adoremꝰ
et procidamus ante deū
ploremus coram domino
qui fecit nos quia ipse es
dominus deus noster. nos
autem populus eius et
oues pascue eius. Aue m.

Hodie si vocem eius
eius audieritis nolite
obdurare corda vestra
sicut in exacerbatione se
cundum diem tempta
tionis in deserto. Ubi tēp
tavereunt me patres vr̄i
probaverunt et viderūt
opera mea. Dn̄s tecum.
Quadraginta annis
proximus fui generatioī
huic et dixi semper hij
errant corde ipsi vero nō
cognoverunt vias meas
quibus iuravi in ira
mea si introibunt in re
quiem meā. Ave maria.
Gloria patri et filio

et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio
et nunc et ſemper et in
ſecula ſeculorum amen.
Dns tecum. Aue maria.
Quem terra pontus
ethera colunt ado
rant predicant trinam
regentem machinam
clauſtru marie baiulat
Cui luna ſol et omnia
deſeruiunt per tempora
perfuſa celi gratia ge
ſtant puelle viſcera
Beata mater munere
cuius ſupremus artifex
mundo pugillo cotinēs
ventris ſub archa clauſe.



Beata celi nuncio fecun
da sancto spiritu desideratus
gentibus cuius per alvum
fusus est.
Maria mater gratie
mater misericordie tu
nos ab hoste protege et
hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de virgine cum
patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. Amen.
Isti tres psalmi sequentes
dicuntur diebus dominicis
lune et iovis. antiphona.
Benedicta tu. psalmus.
Domine dominus
noster quam admira

bile est nomen tuum
in universa terra.
Quoniam elevata est magni
ficencia tua super celos.
Ex ore infancium et
lactancium perfecisti lau
dem propter inimicos
tuos: ut destruas inimi
cum et ultorem.
Quoniam videbo celos
tuos opera digitorum
tuorum lunam et stellas
que tu fundasti.
Quid est homo quod memor
es eius: aut filius hominis
quoniam visitas eum.
Minuisti eum paulo
minus ab angelis gloria

et honore coronasti eum:
et constituisti eum super
opera manuū tuarum.
Omnia subiecisti sub
pedibꝫ eius oues ⁊ boues
vniuersas insuper et pe
cora campi.
Volucres celi ⁊ pisces
maris: qui perambulat
semitas maris.
Domine dominus
noster: q̄ admirabile ē
tuum in vniuersa terra.
Gloria patri. Psalm⁹.
Celi enarrãt gloria
dei: et opera ma
nuum eius annūciat
firmamentum.

Dies diei eructat verbū
⁊ nox nocti īdicat ſcienciā.
Non ſunt loquele neq;
ſermones quorum non
audiantur voces eorum.
In omnem terram exi
uit ſonus eorum: ⁊ in fi
nes orbis terre verbā eoꝝ.
In ſole poſuit taberna
culum ſuum: ⁊ ipſe tanꝗ̄
ſponſus procedens de
thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas
ad currendam viam a
ſummo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq;
ad ſummum eius: nec
eſt q̄ ſe abſcondat a calore eiꝰ.

Lex domini immacu
la convertens animas
testimonium dñi fidele
sapienciã prestans paruulis.
Iusticie domini recte
letificantes corda precep
tum domini lucidum
illuminans oculos.
Timor domini sanctus
permanet in seculũ sc̃li:
iudicia domini vera
iustificata ĩ semetipã.
Desiderabilia super
aurum et lapidem pre
ciosum multum: et dul
ciora super mel et fauũ.
Etenim seruus tuus
custodit ea: in custodiẽdis

illis retributio multa.
Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda
me domine: et ab alie
nis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint
dominati tunc immacu
latus ero: et emunda
bor a delicto maximo.
Et erunt ut complace
ant eloquia oris mei: et
meditatio cordis mei in
conſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus
et redemptor meus.
Gloria patri. Pſalmus
Domini eſt terra
et plenitudo eius

orbis terrarum: et vniuersi
qui habitant in eo.
Quia ipse super ma
ria fundauit eum: et sup
flumina preparauit eum.
Quis ascendet in mon
tem domini: aut quis
stabit in loco sancto eius.
Innocens manibus
et mundo corde qui non
accepit in vano animam
suam: nec iurauit in
dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem
a domino: et misericor
diam a deo salutari suo.
Hec est generatio que
rentium eum: queren

cium faciem dei iacob.
Attollite portas prin-
cipes vestras: elevamini
porte eternales: et introi-
bit rex glorie.
Quis est iste rex glorie
dominus fortis: potens
dominus potens in prelio.
Attollite portas prin-
cipes vestras et eleva-
mini porte eternales
et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie
dominus virtutum ipse
est rex glorie. Gloria patri.
a. Benedicta tu in mulieri-
bus et benedictus fructus
ventris tui. V. Post partum

Virgo inuiolata pmã ſiſti.
℟. Dei genitrix intercede pro
nobis. Or̄ nr̄. Et ne nos.
Iſti tres pſalmi ſequētes
dicuntur diebꝫ martis ꝛ
veneris añ. Speciē tua. Ps.
Eructauit cor meum
verbum bonum:
Dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus
ſcribe: velociter ſcribentis.
Specioſus forma pre fi
lijs hominum diffuſa
eſt gr̄a i labijs tuis ꝓpterea
benedixit te deus in eternū.
Accingere gladio tuo
ſuper femur tuum po
tentiſſime

S pecie tua et pulcri
tudine tua: intende pro
spere procede et regna.
P ropter veritatem et
mansuetudinem et iusti
ciam deducet te mira
biliter dextera tua.
S agitte tue acute po
puli sub te cadent in
corda inimicorum regis.
S edes tua deus in se
culum seculi: virga di
rectionis virga regni tui.
D ilexisti iusticiam et
odisti iniquitatem propter
terea unxit te deus deus
tuus oleo leticie pre con
sortibus tuis.

Mirra et gutta ꝛ casia
a vestimentis tuis a do
mibꝫ eburneis ex quibꝫ
delectauerunt te filie re
gum in honore tuo.
Astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato
circumdata varietate.
Audi filia et vide et
inclina aurem tuam et
obliuiscere populū tuū
et domum patris tui.
Et concupiscet rex de
corem tuum quoniam
ipse est dominus deus
tuus ꝛ adorabunt eum.
Et filie tyri in mune
ribꝫ vultum tuū deprecā

buntur omnes divites plebis.
Omnis gloria eius fi
lie regis ab intus in fimbriis
aureis circumamicta varie
tatibus.
Adducentur regi virgi
nes post eam proxime
eius afferentur tibi
Afferentur in leticia
et exultatione: adducen
tur in templum regis.
Pro patribus tuis nati
sunt tibi filii: constitues
eos principes super omnem
terram.
Memores erunt nominis
tui domine: in omni ge
neratione et generatione.

Propterea populi co
fitebuntur tibi in eternum
et in ſeculum ſeculi.
Gloria patri. Pſalmus
Deus noster refugium
et virtus adiutor
in tribulationibus que
invenerunt nos nimis.
Propterea non time
bimus dum turbabitur
terra et transferentur
montes in cor maris.
Sonuerunt et turba
te ſunt aque eorum: con
turbati ſunt montes in
fortitudine eius.
Fluminis impetus
letificat civitatem dei:

ſanctificauit taberna
culum ſuũ altiſſimus.
Deus in medio eius
non commouebitur:
adiuuabit eam deus
mane diluculo.
Conturbate ſunt
gentes ⁊ inclinata ſut
regna: dedit vocem ſuã
mota eſt terra
Dominus virtutũ
nobiſcum: ſuſceptor
noſter deus iacob
Venite et videte ope
ra domini que poſuit
prodigia ſuper terram
auferens bella vſqz ad
finem terre.

Arcum conteret et con
fringet arma: et ſcuta
comburet igni.
Vacate z videte qm ego
ſum deus: exaltabor in
gentibz z exultabor i terra.
Dominus virtutum
nobiſcum: ſuſceptor nr
deus iacob. Gloria. ps.
Fundamenta eius
in montibz ſctis:
Diligit dominus portas
ſyon ſuper omnia ta
bernacula iacob.
Glorioſa dicta ſunt
de te: civitas dei.
Memor ero raab: et
babylonis ſcientium me.

Ecce alienigene ⁊ tyrus
et populus ethiopum
hii fuerunt illic.
Numquid syon dicet
homo et homo natus est
in ea: et ipse fundauit
eam altissimus.
Dominus narrabit
in scripturis populorum:
et principum horum
qui fuerunt in ea.
Sicut letancium om-
nium: habitatio est in te.
Gloria patri. An. Specie
tua et pulcritudine tua in-
tende prospere procede ⁊ regna.
V. Post partum. R. Dei geni-
trix. Pater noster. Et ne nos.

Iſte pſalmus et alij
duo ſequẽtes dicuntur
diebȝ mercurij ⁊ ſabbi.
ant. Gaude maria. ps.
Cantate domino
canticum nouũ:
cantate dño omñs terra.
Cantate domino et
benedicite nomini eius:
annunciate de die in
diem ſalutare eius.
Annunciate inter
gentes gloriam eius:
in omnibȝ populis
mirabilia eius.
Quoniam magnus
dominus et laudabilis
nimis: terribilis est

ſuper omnes deos
Quoniam omnes dij
gencium demonia: do
minus autē celos fecit.
Confeſſio et pulcri
tudo in conſpectu eius
ſanctimonia ⁊ magni
ficencia ī ſctificatione eius.
Afferte domino patrie
gencium afferte dño
gloriam et honorem.
afferte domino gloria
nominis eius.
Tollite hoſtias et ī
troite in atria eius ado
rate dominum ī atrio
ſancto eius.
Commoueatur a

facie eius vniuerſa terra:
Dicite in gentibus quia
dominus regnauit.
Etenim correxit orbem
terre qui non commo
uebitur: iudicabit popu
los in equitate.
Letentur celi et exultet
terra commoueatur
mare & plenitudo eius
gaudebunt campi et
omnia que in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia
ligna ſiluarum a facie
domini quia venit quo
venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terre
in equitate: et populos

in veritate sua. Gloria.
Dominus regna
uit exultet terra
letentur insule multe.
Nubes et caligo in cir
cuitu eius: iusticia et
iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum pre
cedet et inflammabit in
circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura
eius orbi terre: vidit et
commota est terra.
Montes sicut cera flu
xerunt a facie domini: a fa
cie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi
iusticiam eius: et viderunt

oēs populi gloriam eius.
Confundantur oēs
qui adorant ſculptilia
et qui gloriantur in
ſimulacris ſuis.
Adorate eum omnes
angeli eius: audiuit et
letata eſt ſyon.
Et exultauerunt filie
iude ꝑpt' iudicia tua dne.
Qm tu dominus altiſ
ſimus ſuper omnem ter
ram: nimis exaltatus
es ſuper omnes deos.
Qui diligitis dnm
odite malum cuſtodit
dns animas ſanctorū
ſuorum de manu pec

catoris liberabit eos.
Lux orta est iusto:
et rectis corde leticia
Letamini iusti in do
mino et confitemini
memorie sctificationis
eius. Gloria pri. ps.
Cantate domino
canticum novu
quia mirabilia fecit.
Salvavit sibi dexte
ra eius: et brachiu sctm ei⁹
Notum fecit dominus
salutare suum: in con
spectu gentium revela
uit iustitiam suam
Recordatus est mie
sue: et veritatis sue do

mui israel.

Viderunt omnes termini
terre: salutare dei nostri.

Jubilate deo omnis
terra: cantate et exultate
et psallite.

Psallite domino in
cythara in cythara et
voce psalmi: in tubis
ductilibus et voce tube cornee.

Jubilate in conspectu
regis domini moveatur
mare et plenitudo eius
orbis terrarum et uni-
si qui habitant in eo.

Flumina plaudent
manu simul montes
exultabunt a conspectu

dominum quoniam ve-
nit iudicare terram.
Iudicabit orbem
terrarum in iusticia:
et populos in equitate.
Gloria patri. An. Gaude
maria virgo cunctas hereses
sola interemisti in universo
mundo. V. Post partum R.
Dei genitrix. Pr nr. Et ne.
Precibus et meritis
beatissime dei ge-
nitricis virginis marie
atque omnium sanctorum
suorum perducat nos
dominus noster ihesus
christus ad regna celorum.
Amen. Iube domne benedicere.

Alma virgo virginum interce
dat pro nobis ad dn̄m. A
In omnibz Cap̄o p̄.
requiem queſiui:
in hereditate domini mo
rabor: tunc precepit et di
xit michi creator omn̄. et
qui creauit me requieuit
in tabernaculo meo. et
dixit michi. In iacob in
habita et in iſrael here
ditare: et in electis meis
mitte radices. Tu autem
domine miſerere nr̄i.
Deo gratias. R. Sc̄a
et immaculata virginitas
quibz te laudibz efferam
neſcio. Quia quem celi

capere non poterant tuo gre
mio contulisti. R. Bñdicta
tu in mulieribus: et bñdictus
fructus ventris tui. Quia
quem. Iube domne bñdicē.
Ab hoste maligno eripiat
nos dei genitrix virgo. R.

Et sic in syon Lectio ii.
firmata sum: et i
civitate sanctificata si
militer requievi et in
iherusalem potestas
mea. Et radicavi in po
pulo honorificato: et in
partes dei mei hereditas
illius. Et in plenitudine
sanctorum detencio mea
Tu autem. R. Beata es

virgo maria que dominum
portaſti creatorem mundi.
Genuiſti qui te fecit et ineter
ni permanes virgo. V. Aue
maria gratia plena dñs
tecum. Genuiſti. Iube dñe
benedicere. In omni tribula
tione et angustia ſuccurre
nobis piiſſima virgo ma
ria. Amen. Lectio tercia.

Quaſi cedrus exalta
ta ſum in libano:
et quaſi cypreſſus in mo
te ſyon. Quaſi palma
exaltata ſum in cades:
et quaſi plantatio roſe
in iherico. Quaſi oliua
ſpecioſa in campis: et

quaſi plantanus exalta
ta ſum iuxta aquam i
plateis. Sicut cinnamo
mū et balſamum aro
matizans odorem dedi.
Quaſi mirra electa dedi
ſuauitatem odoris. Tu
autem. R. Felix namqz
es ſacra virgo maria et oī
laude dignisſima. Quia ex
te ortus eſt ſol iuſticie. xpus
deus nr. V. Ora pro ppło
interueni pro clero intercede
pro deuoto femineo ſexu. ſe
tiant omnes tuū leuamen
quicumqz celebrant tuam
commemoratione͂. Quia
ex te. Gloria pri et filio et

ſpiritu ſancto. xpus deus
gr. felix namque es. ps.

Te deum laudamus:
te dominum con
fitemur.
Te eternum patrem
omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli:
tibi celi et universe potestates.
Tibi cherubin et ſeraphin
inceſſabili voce proclamant.
Sanctus. Sanctus.
Sanctus dominus
deus ſabbaoth.
Pleni ſunt celi et terra
maieſtatis glorie tue.
Te glorioſus apoſto
lorum chorus.

Te prophetarum lau
dabilis numerus.
Te martirum candi
datus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum
sancta confitetur ecclesia
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuum
verum et unicum filium.
Sanctum quoque para
clitum spiritum.
Tu rex glorie christe.
Tu patris sempiter
nus es filius.
Tu ad liberandum
suscepturus hominem non
horruisti virginis uterum.
Tu devicto mortis

aculeo: aperuisti creden
tibus regna celorum.
Tu ad dexteram dei
sedes in gloria patris.
Iudex crederis esse
venturus.
Te ergo quesumus
famulis tuis subueni:
quos precioso sanguine
redemisti.
Eterna fac cum sanctis
tuis: in gloria numerari.
Saluum fac populum
tuum domine: et benedic
hereditati tue.
Et rege eos: et extolle
illos usque in eternum.
Per singulos dies

benedicamus te.
Et laudamus nomē
tuum in seculum: et in
seculum seculi.
Dignare dñe die isto
sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine
miserere nostri.
Fiat misericordia tua
domine super nos: quemad
modum speravimus in te.
In te domine speravi
non confundar in eternum.
℣. Ora pro nobis sancta dei
genitrix. ℟. Ut digni effi
ciamur promissionibus xpi.

In laudibz.



Deus in adiu
torium meū
intende.



Domine ad adiuua
dum me festina
Gloria patri. antiphō.
Sub tuum presidium. ps.
Dominus regna
uit decorem indu
tus est: indutus dñs for
titudine ⁊ precinxit se.
Etenim firmauit or
bem terre: qui non com
mouebitur.
Parata sedes tua de⁹
ex tunc a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina
domine: eleuauerunt
flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina
fluctus suos: a vocibus

aquarum multarum.
Mirabiles elationes
maris mirabilis in al
tis dominus.
Teſtimonia tua cre
dibilia facta ſunt nimis
domum tuam: decet
ſanctitudo domine in
longitudinem dierum.
Gloria patri. Pſalmus.
Jubilate deo omnis
terra: ſeruite domino
in letitia.
Introite in conſpectu
eius: in exultatione.
Scitote quoniam dominus
ipſe eſt deus: ipſe fecit
nos et non ipſi nos.

Populus eius et oues
pascue eius introite por
tas eius in confessione
atria eius in hymnis
confitemini illi
Laudate nomen eius
quoniam suauis est dominus
in eternum misericordia eius: et
usque in generatione et
generationem ueritas
eius. Gloria patri. Ps.
Deus deus meus
ad te de luce vigilo
Sitiuit in te anima mea
quam multipliciter tibi caro
mea.
In terra deserta inuia
et inaquosa sic in sancto

